



Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quarto Decretalium : In Quo De Sponsalibus, Et Matrimoniis, & quae eis annexa sunt, agitur, eadémque plenè, & theoricè explanatur, & declarantur ...

Pirhing, Ehrenreich

Dilingae, 1678

Titulus. XI. De Cognatione spirituali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98293)

tum non redditur matrimoniū nullū. Item si servus contrahat matrimoniū cum ancilla, quā putabat esse liberam, valet matrimoniū, n. 6. Quæ. ulterius. Utrum error conditionis servilis dirimat matrimonium jure naturali, an verò solum jure Ecclesiastico? Probabile est, quod error servitutis jure naturali, ac gentium reddat matrimoniū irritum, n. 7. Probabilius tamen est solo jure Ecclesiastico reddere irritum, n. 8. An matrimoniū inter infideles initum cum errore servitutis sit validum? n. 9. An si dominus proprium servum, vel ancillam tradat in matrimoniū personæ liberæ ignaræ servitutis, talis persona liberæ fiat? n. 10. Ass. 4. Si liber ignoranter matrimoniū contraxit cum ancilla, quam ignoravit esse ancillam, si postquam id scivit, nec verbo, nec facto in illam consensit, matrimoniū non valet, & cum alia contrahere poterit, c. 4. & ult. h. t. n. 11. & 12. Matrimonium ab initio nullum, ob errorem conditionis servilis, postquam constat de illius nullitate, ratificatur per supervenientem consensum verbis expressum, vel facto, id est, per copulam subsequentem, modò tractatus de matrimonio, vel sponsalia de futuro præcesserint, quod tamen non procedit post Concil. Trident. n. 13. Cui incumbat onus probandi ignorantiam servitutis? cit. n. 13.

§. II. An, & quando proles, quoad libertatem, & servitutem, sequatur conditionem, non matris, sed patris?

Valet consuetudo legitimè præscripta, ut proles sequatur, quoad libertatem, & servitutem, non matris, sed patris conditionem, ita ut si pater sit liber, vel servus, etiam filii sint liberi, vel servi, non attentâ conditione matris, c. 3. h. t. n. 14. & 15. Valet matrimoniū liberi initum cum ancilla, si ignorata fuit conditio servilis illius, post elapsam decennium, imò etiam post quinquennium, cit. n. 15. Favore libertatis in dubio judicandum est pro libertate, cit. n. 15.

SERIES CAPITVLORVM.

IN ANTIQVIS.	c. 3. n. 14. & seq.
c. 1. n. 2. & seq.	c. 4. & ult. n. 11. & 2.
c. 2. n. 4. & aliquot seqq.	seqq.

TITVLVS X.

DE NATIS EX LIBERO ventre.

Filij nati ex libera, vel liberta sunt liberi, & Ecclesia debet libertatem potius defendere, quàm impugnare, c. un. h. t. n. 1. Filij legitimè nati, quoad familiam, nobilitatem, & dignitatem, sequuntur conditionem patris, non matris: quoad statum verò libertatis, vel servitutis, sequuntur conditionem matris. Sufficit autem, si mater tempore conceptionis, vel nativitatis, vel medio tempore fuerit libera, ut proles libertate gaudeat, n. 2. Liberti, sive libertini, hoc est, filij libertæ, nempe progeniti ex ancilla, quæ ex servitute manumissa est, sunt liberi, etsi pater servus fuerit, nec possunt à domino in servitutem revocari, cit. c. un. h. t. n. 3.

IN ANTIQVIS.

c. un. n. 1. & 2. seqq.

TITVLVS XI.

DE COGNATIONE SPIRITUALI.

§. I. Quid sit cognatio spiritualis, unde dicatur, ter quas personas contrahatur?

ASSERTIO I. Cognatio spiritualis, quæ ex collatione, & susceptione Sacramentorum Baptismi, & Confirmationis, n. 1. spiritualis non habet ortum ex jure naturali, sed ex jure Divino positivo, sed ex solo jure, seu institutione Ecclesiæ. Ex alio, mentis non oritur cognatio spiritualis, sacramento Pœnitentiæ inter Confessarium Confessionis: est autem impedimentum cognationis perpetuum, n. 2. Assertio spiritualis impediens, ac dicimens matrimonium jure antiquo triplex erat, paternitas, cognatas, & fraternitas, n. 3.

§. II. Quenam circa cognationem spiritualiternitatis, sive compaternitatis, sive fraternitatis antiquo Decretalium statuta sunt, & inter quæ ea impediatur matrimonium contrahendum, dirimat contrahendum?

Inprimis filii duorum compatrum, neutrum devotum est ad compaternitatem contrahunt matrimonium, nisi consuetudo Ecclesiæ aliud observet, c. 1. h. t. n. 4. & 5. si duo conjuges, vir, vel mulier, scienter, rante proprium filium de sacro fonte baptizati videantur separari debere: aliter ut statum reperitur, nempe ut si ex ignavia, ex malitia id fecerint, non sint ab invicem di, nec alter alteri debitū conjugii negat ad continentiam possint induci, c. 2. & 3. parentes carnales non debent proprios, nec in Baptismo, vel Confirmatione, contra necessitatem; tunc autem non contrahunt impedimentum cognationis spiritualis, si conjug extra necessitatem, baptizati, n. 1. nus, suscipiat à Baptismo, vel Confirmationem filium, vel solius alterius conjugis ab invicem separandi, si scierint, si hoc fecerint: si tamen scienter hoc fecerint, potest quidem unus conjug alteri debitum ipse tamen non potest exigere, cit. n. 7. Quod carnalis in necessitate proprium filium Baptismo, non oritur inter eos impedimentum cognationis spiritualis, si fuerint legitimi, aliud est in concubina, n. 8. Ad contrahendum cognationem spirituale requiritur scientia, & intentio illam contrahendi, n. eod. Tertio, filii compatrum, per quorum alterum, vel alteram, rantes ad compaternitatem pervenerunt, non nialiter conjungi non possunt, sed conjungi ri debent: secus est, si per neutrum illorum ternitas contracta fuit, tunc enim consuetudo, sive Metropolitana, vel aliarum vicinarum, rum servari debet, c. 3. h. t. n. 9. Per consuetudinem non potest induci impedimentum dirimens monium, nisi fuerit per S. Pontificem approbatum, n. 10. Consuetudo, quæ reddit fideles in contrahendum matrimonium, sine consuetudine probatione S. Pontificis, non est rationalis.

Quartò filii duorum compatrum, per quorum alterum perventum est ad compaternitatem, si matrimonium contrahant, separari debent, quia matrimonium non tenet, & qui hoc sciunt, debent tempore contractus illud denuntiare, c. *Tua nos*. 7. h. t. n. 12. Inter baptizatum, & filios levantis è baptis-
mo etiam antea genitos, contrahitur cognatio spiri-
tualis dirimens matrimonium de jure antiquo, n. 13. Hodie post Concil. Trident. Sess. 24. c. 1. de reform. matr. antequam contrahatur matrimonium, publi-
cè denuntiari debent ij, inter quos matrimonium est contrahendum, ut si quis sciat aliquod impedimen-
tum inter eos esse illud aperiat, n. 14. Quintò com-
paternitas dirimens matrimonium contrahitur inter patrem baptizati, & uxorem levantis è Baptismo prius ab eo cognitam, c. *Martinus*. 4. h. t. n. 15. & 16. Sextò impedimentum impediens, ac diri-
mens matrimonium contrahendum oritur inter patrem baptizati, & levantem, seu tenentem baptizatum, c. *Veniens*. 6. h. t. n. 17. Septimò cognatio spiritualis impediens, & dirimens matrimonium oritur inter baptizatum, & filium baptizantis, pro-
ut sumitur ex c. 8. & ult. h. t. n. 18. Siquis etiam laicus in extrema necessitate baptizet aliquem, con-
trahit cognationem spirituales dirimentem subse-
quens matrimonium cum baptizato, ejusque pa-
rentibus. Item filius, vel filia spiritualis Sacerdotis baptizantis non potest matrimonio copulari filio, vel filia carnali ipsius Sacerdotis: quæ cognatio spiritualis extenditur etiam ad filios spurios, ac illegitimos baptizantis, num. 19. Octavò cognatio spiritualis contrahitur, inter baptizatum, & suscipientem, ipsiusque filios, & uxorem ante susceptionem carnaliter cognitam: item inter suscipientem (ejusque uxorem) patrèmque baptizati, ac matrem, quæ & impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum, idemque est de baptizante, c. 1. h. t. in 6. n. 20. Denique ex Confirmatione quoque cognatio spiritualis contrahitur impediens matrimonium contrahendum, & dirimens contractum, cit. c. 1. h. t. in 6. eod. n. 20. Ut autem spiritualis cognatio contrahatur inter baptizatum, & uxorem suscipientis è Baptismo, requiritur, ut ante susceptionem sit carnaliter cognita à viro, secus si post susceptionem, n. 21.

§. III. An per Catechismum præcedentem Baptismum contrahatur cognatio spiritualis impediens, ac dirimens matrimonium?

Compaternitas contracta per Catechismum præcedentem Baptismum vix impedit matrimonium contrahendum, & contractum non dirimit, c. *Contracto*. 5. h. t. n. 22. & c. 2. eod. in 6. n. 23. Is, qui tenet puerum in Catechismo, contrahit cognationem spirituales imperfectam, sive instructio fidei præcedat Baptismum, sive sequatur, nec impedit exactionem, & redditionem debiti conjugalitatis, n. 24. Verisimilius esse, prædictum impedimentum omnino sublatum esse per Concil. Trident. Sess. 24. c. 2. de reform. matr. n. 25.

§. IV. An plures possint intervenire Patrini, seu susceptores in Baptismo, & Confirmatione de jure antiquo, & an inter omnes, si plures sint Patrini, contrahatur spiritualis cognatio?

De Jure antiquo prohibitum erat, ut plures pa-

trini in Baptismo, vel Confirmatione adhiberentur, sed unus solus, sive vir, sive mulier adhiberi poterat; si tamen plures susceperunt, omnes contrahant cognationem spirituales, c. 3. & ult. h. t. in 6. n. 26. & 27. Verùm Jure novo Concilii Trident. Sess. 24. c. 2. de reform. matr. unus tantum, sive vir, si puer baptizandus sit, sive mulier, si puella: vel ut summum unus, & una (mas, & femina) sive puer, sive puella baptizetur, patrini esse possunt, n. 28. Quid præterea circa hoc decreverit Concil. Trident. c. l. n. 29. Ad parentes pertinet designare patrinos, vel ad Parochos, quod si nullus sit designatus patrinus, & multi simul tenendo tangant baptizandum, vel simul suscipiant, omnes contrahunt spirituales cognationem: quamvis etiam probabile sit, quod si nulli designentur patrini, nullus contrahat cognationem spirituales, etiam si plures simul suscipiant baptizatum, n. 30. In Confirmatione verò juxta Concil. Trident. unus, vel una tantum possunt esse patrini, cit. n. 30. in fine.

§. V. Inter quosnam contrahatur cognatio spiritualis in Baptismo, & Confirmatione, de Jure novo Concilii Tridentini?

Cognatio spiritualis contrahitur ex decreto Concilii Tridentini, tantum inter patrinos, & baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, & hujus patrem, ac matrem tantum. Idem est de cognatione, quæ ex Confirmatione contrahitur, n. 31. & 32. Inter ipsos verò patrinos etiam Jure antiquo, non contrahatur cognatio spiritualis, nec patrini conjugati privantur propterea jure exigendi debitum: per parentes autem hîc intelliguntur parentes naturales, sive legitimi sint, sive illegitimi, cit. n. 32.

§. VI. Quæ conditiones requirantur ad munus patrini, & ad contrahendam cognationem spirituales in Baptismo, & Confirmatione?

Patrinus dicitur quasi spiritualis pater, ac pædagogus hominis baptizandi, qui eum in Christiana vita instruere debet, n. 33. Ad hoc munus requiritur 1. ut quis usum rationis sit assecutus, etsi non sit necessarium, ut ætate excedat baptizandum. 2. Debet esse baptizatus. 3. Ut intentionem habeat exercendi munus patrini, n. 34. Patrini autem esse non possunt hæretici, & apostata, item Monachi, & omnes alii Religiosi non possunt esse patrini in Sacramento Baptismi, & Confirmationis, cit. n. 34. Ad contrahendam cognationem spirituales plures etiam conditiones requiruntur. 1. Ut baptizans, vel suscipiens ex Baptismo, sit fidelis, seu baptizatus. Unde si infidelis baptizet filium fidelis, etsi postea ad fidem Christianam convertatur, potest puellam ducere in uxorem. Et è converso si fidelis baptizet, vel suscipiat è Baptismo filium infidelis, possunt inter se contrahere matrimonium, quia nulla inter eos contrahitur spiritualis cognatio, n. 35. 2. Requiritur ad cognationem spirituales contrahendam, ut Sacramentum Baptismi, vel Confirmationis validè sit collatum, n. 36. 3. Videntur Jurâ passim requirere ad cognationem hanc spirituales contrahendam, ut patrinus teneat, vel tangat baptizatum, vel confirmatum. Vnde oritur quæstio, an cum quis per alium velut legatum, aut procuratorem

